Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



magnusq; p̄cibus ageret. ut apud tantū iudicē sibi defen
sor ueniret. Ecce districtus iudex ih̄c uenturus ē. tanti
illius angelorū archangelorū concilii terror adhibetur.
In illo conuentu causa nr̄a discutit̄. et tamen nos patronos
modo non querimus. quos tunc defensores habeamus. As
sunt defensores nr̄i sc̄i martyres. rogari uolunt. atq; ut
ita dixerim querunt ut querantur. Hos ergo aduitores
ur̄e orationis querite. hos ꝓtectores ur̄i reatus inueni
te. quia ne punire peccatores debeat. rogari uult et
ipse qui iudicat. Unde et tam longo tempore cōminat̄
irā. et tamen misericordit̄ expectat. Sic aūt et nos
mīa eius refoueat. ut nullo modo negligentes red
dat. Sic peccata nr̄a ꝑturbent. ut mens in desperationē
non ꝓruat. Quia et si p̄sumentes metuimus. et metuen
tes speramus. eternū regnū citius adepturi sumus. ꝑ
eū qui uiuit et reg̃ ds̄ cū patre sp̄s sc̄i ꝑomīa sc̄lā sc̄lōꝝ aōn.

xxxii. Lectio sc̄i euangelii sc̄dm̄ lucā.

In illo temp̄. Dicebat ih̄c discipulis suis. Cum audieritis pre
lia et seditiones. nolite terreri. Oportet primū hec fie
ri. sed non dum statim finis. Et reliqua.

Omelia Gregorii .p. de eade lect.

Quia longius a urbe degressi sumus. ne ad re
uertendū nos tardior hora p̄pediat. necesse
est ut expositionē sc̄i euangelii breuior sermo transcur
rat. Dn̄s ac redemptor nr̄ perituri mundi p̄currentia
mala denuntiat. ut eo minus ꝑturbent. uenientia.
quo fuerint p̄scita. Minus eñi iacula feriunt que pre